


Gospel for the Fourth Sunday of Lent

Tonus evangélii


D



Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Iní-ti-um Sancti



Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a tibi Dómine.



I


-n illo témpore: Abi-it Jesus trans mare Ga-liláæ, quod est Tiberí-




adis: et sequebátur e-um multitúdo magna, qui-a vidébant signa, quæ



faci-ébat super his, qui infirmabántur. Súbi-it ergo in montem Jesus: et




ibi sedébat cum discípu-lis su-is. Erat autem próximum Pascha, di-es




festus Judæ-ó-rum. Cum sublevásset ergo óculos Jesus, et vidísset qui-a




multitúdo máxima venit ad e-um, dixit ad Phi-líppum: Unde emémus




panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicébat tentans e-um: ipse enim sci-




ébat quid esset factú-rus. Respóndit e-i Phi-líppus: Ducentórum denari-ó-




rum panes non suffí-ci-unt e-is, ut unusquísque módicum quid accípi-at.




Di-cit e-i unus ex discípu-lis ejus, André-as frater Simónis Petri: Est




pu-er unus hic, qui habet quinque panes horde-áce-os, et du-os pisces:




sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Jesus: Fáci-te hómines discúm-




bere. Erat autem fænum multum in loco. Discubu-érunt ergo vi-ri, núme-




ro quasi quinque mílli-a Accépit ergo Jesus panes, et cum grá-ti-as egís-




set, distríbu-it discumbéntibus: simí-li-ter et ex píscibus quantum volé-




bant. Ut autem implé-ti sunt, dixit discípu-lis su-is: Collígi-te quæ supera-




vérunt fragmenta, ne pére-ant. Collegérunt ergo, et implevérunt du-ódecim



cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus horde-áce-is, quæ superfu-é-



runt his, qui manducáverant. Illi ergo hómnes cum vidíssent quod Jesus



fécerat signum, dicébant: Qui-a hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in



mundum. Jesus ergo cum cognovísset, qui-a ventúri essent ut ráperent



e-um, et fácerent e-um regem, fugit í-terum in montem ipse so-lus.